

EXPOSITIONIS AVG. IN E VANG. IOANNIS

**G**ermi nihil sumus. nō solum non accipiamus quod non sumus, sed & amittamus qđ sumus. Ergo fratres de his montibus & Ioannes erat, qui dixit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sustinebat pacem mons iste, contemplabatur diutinatem verbi. Qualis iste mons erat, quam excelsus? Transcenderat omnia cacumina montium terrarū, transcenderat omnes campa aérēs, transcenderat omnes altitudines syderum, transcenderat omnes choros & legiones angelorum. Nisi enim trascenderet ista omnia quæ creatæ sunt, non perveniret ad eum per quem facta sunt omnia. Non potestis cogitare quid transcenderit, nisi videatis quid pervenierit. Quæris de cœlo & terra? facta sunt. Quæris de his quæ sunt in cœlo & terra? utique multo magis & ipsa facta sunt. Quæris de spiritualibus creaturis, de angelis, de archangelis, sedibus, dominationibus, virtutibus, principiis? & ipsa facta sunt. Nam cu[m] enī meraret hæc omnia psalmus, conclusit sic, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si dixit & facta sunt, per verbū facta sunt; si autem per verbum facta sunt, non poterat Ioannis cor pervenire ad id quod ait. In principio erat verbum, & verbum erat apud H̄ deum, & deus erat verbum, nō transcenderet oīa quæ sunt facta per verbum. Qualis ergo iste mons, qđ lanctus, quam altus inter illos montes qui suscepit pacem populo dei, vt colles possent suscipere iustitiam? Videte ergo fratres, forte de istis montibus est Ioannes, de quibus paulo ante cantauimus. Læuati oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Ergo fratres mei, si vultis intelligere, lœuate oculos vestros in montem istum, id est erigite vos ad Euangelistā, erigite vos ad cius sensum. Sed quia montes isti pacem suscipiunt: non potest autem esse in pace, qui spem ponit in hominem, nolite sic erigere oculos in montem, vt putetis in homine spem vestram esse colligadām, & sic dicite, Læuati oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi, vt statim subfigatis, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Ergo leuamus oculos in montes, vnde veniet auxiliū nobis: & tamen non ipsi montes sunt, in quibus spes nostra ponenda est. Accipiunt enim montes quod nobis ministrant. Ergo vnde & montes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est. Oculos nostros cum leuamus ad scripturas, quia per homines ministratae sunt scripturæ: leuamus oculos nostros ad montes, vnde veniat auxiliū nobis. Sed tamen quia ipsi homines, qui scripunt scripturas, nō de se lucebant: sed ille erat verum lumen, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Mons erat & ille Ioannes Baptista qui dixit, Non sum ego Christus, ne quisquam spem in monte ponens, caderet ab illo qui montes illustrat, & ipse confessus ait, Quoniam de plenitudine eius nos omnes acceperimus. Ita debes dicere, Læuati oculos meos in montes vnde veniet auxiliū mihi: ne auxilium quod tibi venit, montibus impunes: sed sequaris & dicas, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terrā. Ergo fratres ad hoc ista monuerim, vt quando exiremus cor ad scripturas, cum sonaret euangelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum & deus erat verbum, & cætera quæ lecta sunt, intelligentias vos leuantes oculos ad montes. Nisi enim montes ista dicentes, vnde omnino cogitaretis nō inveniretis. Ergo ex montibus venit vobis auxilium, vt hæc vel audiretis, sed nondū potestis intelligere quod audiatis. Invocate auxilium à domino, qui fecit cœlum & terram: quia montes sic potuerunt loqui, vt nō possint ipsi illuminare. Quia & ipsi illuminati sunt audiendi inde, vnde qui hæc dixit, accepit Ioannes illi fratres: qui discibebat supra pectus domini, & de persone domini bibebat quod propinaret nobis, sed propinavit verba: intellectum autem inde debes capere

K vnde & ipse bibebat qui tibi propinavit, vt leues oculi tuos ad montes, vnde veniet auxilium, vt inde tangas calicem, id est, verbum propinatum acciperes: & tamen quia auxilium tuū à domino, qui fecit cœlum & terram, inde impleres pectus, vnde impliebit ille vnde dixisti, Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terrā. Qui potest ergo fratres, implieat hoc quod dixi, leuet quisque cor suum quomodo illud videt idoneū, & capiat quod dicitur. Sed forte hoc dicitis, quia ego vobis sum præsentior quam deus. Ab sit, Multo est ille præsentior: nam ego oculis vestris appareo, ille conscientijs præsidet. Ad me aures, ad illum cor leuat, vt vtrunque implieatis. Ecce oculos vestros, sensus istos corporis leuatiss ad nos: nec ad nos: non enim sumus de illis montibus, sed ad ipsum Euangelium, ad ipsum Euangelistam: cor autem impletum ad dominum, Et vniuersus sic leuet, vt videat quid leuet, & quid leuet. Quid dixi, quid leuet, & quid leuet? Quale cor leuet videat, quia ad deum levat, ne sarcina voluptatis carnalis prægrauatum, ante cadat quam fuerit subleuatum. Sed videt se quisque gestare onus carnis, det operam per continentiam, vt purget quod leuet ad deum. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbāt. Nam ecce quid profest, quia sonuerunt verba, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: & nos diximus verba cum loqueremur. Nunquid tale verbum erat apud deum? Nonne ea quæ diximus sonuerunt atque transierunt? Ergo & dei verbi sonuit & peractum est? Quoniam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil? Quoniam omne per illud regitur, quod per illud creatum est, si sonuit & transit? Quale ergo verbum, quod & dicitur & non trahit? Intendat charitas vestra, magnares est. Quotidie dicendo verba viluerunt nobis, quia sonando verba, & transeundo viluerunt, & nihil aliud videntur quam verba. Est verbum & in ipso homine quod manet intus, nō sonus ex ore procedit. Est verbum quod vere spiritualiter dicitur, illud quod intelligitur de sono, nō ipse sonus. Ecce verbum dico, cum dico, deus. Quām breue est quod dixi, quatuor literas & duas syllabas: nunquid nam hoc totum est deus, quatuor literas & duas syllabas? An quantum hoc vile est, tantum charum est quod in eis intelligitur? Quid fāctum est in corde tuo cum audies, deus: quid factum est in corde meo cum dicere deus? Magna & summa quædam substantia cogitata est, quæ transcendit omnem mutabilitatem creaturā carnalem & animalē. M Et si dicam tibi, deus immutabilis est, an immutabilis? Respōdebis statim, Absit vt vel ego credam vel sentiam commutabilem deum: immutabilem ergo est deus. Anima tua quamvis parua, quamvis forte adhuc carnalis, non mihi potuit responderemus nisi immutabilem deum: omnis autem creatura mutabilis. Quoniam ergo potuisti scintillare in illud quod est super omnem creaturam, vt certus mihi responderes immutabilem deum? Quid est ergo illud in corde tuo, quando cogitas quandam substanciali viuā permanentem, omnipotentem, infinitam, vbiq[ue] præsente, vbiq[ue] totam, nulquam inclusam? Quando ista cogitas, hoc est verbum de deo in corde tuo: nunquid autem hoc est sonus ille, qui quatuor literis constat & duabus syllabis? Ergo quæcumque dicitur & transierunt, soni sunt, literæ sunt, syllabæ sunt. Hoc verbum transit, sonat. Quid autem significant sonus, & in cogitante est, qui dixit, & in intelligente est, qui audiuit, manet hoc træsentibus sonis. Refer animū ad illud verbum, Si tu potes habere verbum in corde tuo, tanq[ue] consilii natum in mente tua, vt mens tua pariat tibi consilium, & insit consilium quasi proles mentis tuae, quasi filius cordis tui: prius enim cor generat consilium, vt aliquam fabricam costruas, aliquid am-

Matth. §

L

3.40.1

plum